INNOCENTIUS PP. X.

Dilectis in Christo filiabus Abbatissae, seu Priorissae ac Monialibus Monasterii Monialium S[anc]ti Danielis extra muros ord[in]is S[anc]ti Benedicti [illegible], salutem et apostolicam benedictionem. Ad augendam vestram devotionem, et animarum salutem caelestibus Ecclesiae thesauris pia charitate intenti. Vobis om-
nibus, et singulis, ac aliis in vestro Monasterio degentibus, vere poenitentibus et confessis, ac sacra communione refectis, quae Scalam intra claustra vestri Monasterii sitam Orationi tantum destinatam quater in anno flexis genibus devote ascenderitis et ibi pro Christianorum Principum concordia, [illegible]
extirpatione, ac S. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderitis, qua vice quater id egeritis, ut easdem omnes, et singulas Indulgentias, et peccatorum remissiones, ac poenitentiarum relaxationes consequamini, quas consequeremini, si Scalam Sanctam de Urbe
flexis genibus devote ascenderetis misericorditer in Domino Concedimus. Non obstantibus regula nostra de non concedendis Indulgentiis ad instar, ceterisque contrariis quibuscumque. Praesentibus ad Septennium, citra annum Jubilaei, tantum valituris. Volumus autem, quod dicta Scala
aliis vicibus non inserviat alioquin praesentes Nullae sint, quodque si pro impetratione, praesentatione, admissione, seu publicatione praesentium aliquid, vel minimum detur, aut sponte oblatum recipiatur praesentes Nullae sint eo ipso. Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem sub
Annulo Piscatoris die j x May M. D C L. Pontificatus Anno Sexto

Gratis pro Deo et am[ore] scripta

M. A. Maraldus

Nº 22. 1650.

Sª Deniel.

Indulgencias concedidas a la Molt Ill.e Abadessa, Monjas, y habitants del Monastir de S.t Deniel pujant la escala destinada per la oració, y no per altre [illegible].

Pujant dita escala de rodillas, confesadas y combregadas pregant devotam.t per la concordia entre los princeps cristians, extirpació de las heretgias y exaltació de la S.ta Mare Iglesia, se guañan totas las indulgencias concedidas als que pujan la escala dels Sants de Ciutat. Dijes per cuatre vegadas lo any y no mes. A 9 maig 1650.

Val per 7 anys.

nº 1398

1650. V. 9

T. 140 x 410